



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.I. Sancti Patris Benedicti. M.C.XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

R E D I V I V U S.

ut Augustinianos, Recollectos, Trinitarios, Discalceatos, Clericos Minores & Mercenarios Reformatos; quem supremo Confilio exhibuit, quo Ordines defendenter, & adversariorum conatus reprimere. Chrysost. Henr. Anz. Manrique.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . I .
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . C . X X I .

E Vincit paulatim obstinationem. Montis Martyrum Monialium, non sine praesenti Deiparae ope, in viictissima Virgo nostra Maria de Bellavillier, ulciscente Numine injurias dilecta sua iliatas, & dante poenas horribiles Sacerdote illo, pacis turbatore, Reformationis hoste, tantae Abbatissae nequissimo calumniatore, & quidem inter calumniandus, mox cuncta mente, in rabiem acto, nec multo post miserere absque ratione & penitentia extinto. Sed & illa senior, quam sibi Abbatissam suis conformem moribus & vita impudicissima, contumacissima Moniales deitinaverant, morbo repte correpta, exerta horrendum, quæ toties impie Mariam nostram impetrerat, lingua, & ipsa miterabile omnibus rebellibus spectaculum facta, imbelli manibus tortionibus, & corporis totius agitationibus terrifics omniu percellit animos, donec immemor injuriarum omnium sancta advolat Abbatissæ, & ferventibus precibus pro hoste sollicita in omnem se modum veritatem miserare juvandæ? donec miserante Deo sibi reddira in oscula Mariæ tota lachrymabunda, & amplexus concedens, rogaret veniam, totam se ipsi permitteret, & ad omnem Reformationem fore Ducem promitteret, ultero fassa, sed ad terrificum Dei tribunal raptam, vidisse & audisse, quæ ipsa referre nullâ ratione posset. Et sanne Deipara & Bellovillariensis precibus donaram hanc animam esse, dubium nemini est; quam & Maria, uti antea in omnibus sibi reclamantem & adversantem habuit; ita deinceps ad omnia quæ vellet ultronæ, & promptissimam habuit, reliquis eo exemplo territis, & paulatim le accommodantibus, ita ut paulò post Monasterium illustrissimum, a Vita Regulari summe celebraretur.

In Hispania insigni vita effulget

sancitate sanctæ memorie Frater Didacus Donatus Monasterij Vallis Paradysi, qui ibidem longo tempore conservatus, admiranda sancta simplicitatis & humilitatis exempla reliquit; cui Deus inter orandum coelestia, arcana, & Divina Mysteria revelavit, & futurorum rerum eventus gratiosissime indicavit. Vir fuit in oculis suis humilis, & abjectus, sed in conspectu DEI, & hominum vere magnus, & diabolis Spiritibus tantopere formidans, ut solo ejus contuit territi, illico aufergerent, qui post purissimam vitam sanctam decedens morte, locum sepulture in Clauistro obtinuit, ubi per multos annos pernoctare consueverat, divinitus prævidens, illum tandem futurum locum sua exspectationis. Ex Mto. quodam Hispan. & Chrysost. Henriquez.

Ne autem ulli saeculo sanguinis gloriosissimi Martyrum nostrorum, preciosissima purpura decesserit; primus felici exordio hujus saeculi initium consecravit & beavit, suumque generosum cruorem ad ornandum Sanctissimæ Matris Ecclesiae vestem, lubens libensq; impendit R. P. F. Marcus Barekworthus, alias Lambertus, in Anglia Martyrium pro Fide Catholica patens: qui post diurni carceris molestias, ex quo cum facile evadere potuerit, & alijs evadentibus, & ad hoc cum impellentibus tese conjunge; & maluit tamen constanter, ultimam mortis sententiam pro Christi gloria præstolari. Post novem itaque examina, quæ ad judicium tribunalia subiit, tandem vigesima septima Februarij dicto anno Londini Martyrio affectus, coronam monasticam, sibi a ipso die, quo coronandus Martyrio erat, & occisus fuit, tonderi curavit, habitum etiam Religionis (quem nimur publicè portare in Anglia non licet) reinduens, in eaque fide mori, & pro ea, protestatus est, quam Ordinis sui Monachi, primi omnium Anglis prædicantes. Ex Clemente Leynero, &c.

Nil tamenteri nostri sive recenti hoc, sive tot aliorum superiori saeculo suppicio, tanto serventius & Apostolatus Anglicani & Martyrij exarsere desiderio, quos inter admirabilis ille Pater Candidus noster Nucalensis Alceta in patriam reversus, ut Hyber-

Didacus
Donatus
Vall. Pa-
radysi.

Formidan-
dus Ca-
de-
moni.

V. Marcus
Barek-
worthus
Martyr.

Gaudens
mortem
subiit.

P. Can-
dus Nuca-
lensis nostri
seculi mi-
raculum.

bernos suos lucraretur, ad multorum fervatus salutem, et si mille periculis obnoxius, & jam aliquando captus, sed dimissus, nihil sibi magis à Numine expetire, quam mille modis pro Christi nomine pati, vitamque cum sanguine, per summa & diuturna finire tormenta, illa cum Ignatio Antiocheno identidem ferventissimo af-

quo brevi elogio monimenta ejusdem Canobij: Vir sancte Conversationis, Consolator afflictorum, Solatium pauperum. Nec video quid porro à nobis attendendum. Obiit Coloniae 19. Decembris in Collegio Patrum Societatis Jesu, quibus impensè favit, & ab ipsis merito dilectus plurimum & honoratus fuit.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . II .
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . C . X X I I .

S U M M O Regis totiusque Regni Galliae luceti mortalitati huic valedit, dignissima pridem felicissimâ immortalitate, sanctæ memorie Renata Senior, & Ducibus Lotharingia Guifia Duciss, Abbatissâ meritissima Sancti Petri Remensis, Princeps verè serenissima, in qua nihil non dignum Principe, immo dignissimum æternitate apparebat, & revera aeternorum potius desiderio, & sponsi Christi inflammatu amoribus consumi est vita, cum in fine superioris anni, ipso solemnissimo Natali Christi Fefto, Divinis officijs solida pietate operam daret, de repente deliquiu[m] passa, sensuumque usu protinus destituta, in oratorium deferretur. Jbi cum ad mentem rediret: haud scio, inquit, quo evaserim? verum Angelorum suavissimæ Musicae jucundissimè interfui. His quippe prælibata felicitatis æterna delicijs, par. fuit eam recreari, quæ brevi ad Fontem ipsum assumenta, eadē plane cum ipsis coelitibus pascenda & potenda erat gaudiorum aeternorum voluptate. Debuit etiam particeps fieri saeculari hilaritatis & latitiae nati Salvatoris, quæ tanto Divinae benignitatis Mysterio, cunisque amantissimi pueri, amabilis per totam vitam, tota Religione tenerrimâ, & devotione incredibili adhaesit. Eo superni amoris vulnere saucia, divinis proi[st]is inhibans & terrena omnia illustri contemptu aspernata, languore coepit ad mortem, cuius ope, solutis mortalitatis vinculis, octogenaria in coelos evolavit, vigesima tertia Aprilis, anni 1602. Praelatura sexagesimi, Sacramentis omnibus iuncta, & Vita sanctimoniam quam sanguine Iulustrior, funere regis pompa & splendore, celebrato. Ex Vita ejusdem. Succedit, Rege hoc vel maxime probante Renata Junior, nep-

Insignia &
rum gene-
rositas.

fectu congreginans: Ignis, Crux, Besie, Confractio ossium, membrorum divisio, & totius corporis contritus, & tota tormenta Diaboli in me venient, tantam ut Christo fruar, &c. Talis nimurum Candidus noster fuit, nec Voto folo, sed verè merito suo Martyr, quem tamen ipsa reverita impietas, in homine Dei Angelum respexit; quem Deus hoc ipso tempore, stupenda prorsus miraculorum gloria etiam hostibus fidei Venerabilem reddidit. Illud unice dolens ipse, honorari, cum pati supplicia & mortem maller, in seipsum tanto crudelior fuit, ipse summet carnifex corporis, quod omnis generis tormentis affectit. Lubet ex Synchro[n]o, & rerum ipsius conscio, nocturna solum ejus exercitia (totum enim diem proximorum & animi & corporis salutis dabant) ipiusmet scriptoris verbis in-

Eiusdem
vita obiter
descripta.

ferre: Horâ decimâ Vespertinâ in cubicula secundum secedens, diu satis orationi vacabat; postea parum quiescebat: deinde duodecimâ surgens, orationi iterum intendebat, maximeque Passio Christi meditationi, quam acerrima disciplina sequebatur, qua totum pavimentum sanguine conspergebat, Tum Matutinas preces recitabat, usque ad secundam horam, deinde usque ad quartam aliquam corpori quietem dabant. Horâ decima antemeridiana (ut etiam aliquid de die memoreremus) summa cum devotione Missam celebrabat, maximâ populi confluente multitudine. Post quam, facta per mediam horam Gratiarum actione, prodibat in publicum, ubi plurimos ad fidem Catholicam sua prædicatione convertebat, multis in corpore sanabat. Cibus ejus & potus cervisia, & panis, ac legumina aliqua, que circa Vesperam, perle, & Horis, & tempore in oratione transacto, sumebat.

Theodorus
Abb. Glad-
baco.

In Germania Monasterio Gladbachensi mortalitatem exuit hoc anno Venerabilis ejus loci Abbas Theodorus Hulsen, Dalensis patria, singulare Ordinis, & patriæ suæ ornamentum; de-

V. Renata
Senior Dot.
Lothar. &
Abbas,

Musican
Angelican
audiat.

Mors sau-
digissima.